

mitauerunt omnes, qui ascenderunt equos. Tu terribilis es, & qui resistet tibi ex tunc ira tua, Psalm. 75. num. 7. Vnde ergo dormitantes virgines ad caelestes thalamos euehuntur, dormitantes homines sic pereunt. Dormitant verò virgines prudentes, ita vt facta voce Domini media nocte audierint, cum eam maximè præmeditatum habent; vnde secum asportarunt oleum in vasis cum lampadibus. At vici illi, nec vocem Domini audierunt, nec etiam sunt præmeditati, sed facta Domini increpatione sibi persuaserunt, quod in equis eius iram euadere possent, & qui tam obdurato est corde, vt facta Domini increpatione per morbum, dolorem, aduersitatem non audit, iustissime perit, ac omni supplicio afficitur. Ruffinus: Ecce ipse Deus Iacob increpat peccatores: intonat iras suas: minatur iudicium: minatur æternales penas. Inter tanta tonitrua adhuc dormiunt, adhuc vitam veterem nolunt damnare, neque in nouam vigilare. Duritia enim cordis obdormitio ista est.

Qui Dei voce increpante non mouentur, damnantur.

Ruffin.

47. Psalm. 72.

Hugo.

Sunt homines sicut lapides ad Dei vocem.

Ait Regius Vates Psalm. 72. num. 20. Domine, in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges. Cur imaginem eorum, & non potius eos ad nihilum rediges? Hugo: Imaginem eorum, qui sunt quasi imagines. Sunt multi, qui cum à Deo conterentur, ac verberantur lapideas imagines moribus imitantur. Vt enim lapidea statua in via, vel platea constituta, inter tonitrua, ac fulmina immota manet, quæ nec manum capiti admouet, vt ea illud operiat, nec pedem mouet, vt tempestatem fugiat, ac tot pericula euadat, ex quo fit, quod fulmine tacta dissipatur, sic aliqui peccatores obdurati existunt, vt inter Dei minas multis laboribus emissas minimè ad penitentiam moueantur, sed instar lapidearum imaginum fixi, ac immobiles inhærent. Vide cap. 24. num. 114. 115. 116. & cap. 27. num. 76. 77. & 78. & 193.

Matth. 5. n. 6. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiam ei.

Num. 7. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas.

VERSIONES.

Arabicus n. 6. Mediata est nox, & exclamauit vox.

Syriac. Arias. Exite in occursum eius.

Theophyl. n. 7. Apparauerunt lampades suas.

Orig. hom. 32. Composuerunt lampades suas.

Syriacus. Præparauerunt.

EXPOSITIO III.

48. Arabicus.



EDIA nocte. Arabicus, mediata est nox. Erant omnes virgines in eadem domo dormientes: nocte. In profundo noctis, inopinatè, seu quando minus sperabatur. D. Gregorius homil. 12. Clamor in media nocte fit, ait, quia sic dies Domini surripit, vt prænideri non

Gregor.

valeat. Clamor factus est. Idem docent Origenes, D. Augustinus, D. Chrysostomus, D. Hieronymus, D. Paschasius, ex quo cum clamor dicitur factus media nocte. Colligunt D. Hieronymus, D. Chrysostomus, Euthymius; & est traditio Hebræorum, secundum Christi aduentum fore media nocte ad iudicium. Res est incerta, & appellat Apostolus illum diem Domini. Dies autem Domini declarabit, 1. Corinth. 3. num. 13. Media ergo nocte. Per catachresim, id est subito, inopinatè. Ita Auctor Imperfectus, D. Augustinus, Origenes, D. Hieronymus: Ecce sponsus venit. Merito addubitat D. Hilarius, quomodo solum de sponso fit mentio, cum dictum sit: Exierunt obuiam sponso, & sponsa. Sub nomine sponsi intelligitur sponsa, ob intimum amorem non poterant se mutuo separari.

Origen. August. Chrysof. Hieron. Paschas.

1. Cor. 3.

Imperfect. August. Origen. Hieron.

49.

Euthym. Abulens.

Imperfect. August.

Origenes.

QUESTIO IX.

Quare vox fit media nocte, explicatur rara, & admirabilis virtus S. Tharesia.

VOX Domini clamantis fit nocte, & media nocte; media nocte, hoc est subito, & quando minus speratur. D. Hieronymus, media nocte, quasi intempesta nocte, & securis omnibus, quando grauissimus sopor est, per Angelorum clamorem, & tubas præcedentium fortissimum, Christi resonabit aduentus. Nocte dicitur aduentus iudicis, vt iudicij horror exprimat, & metum solito grauiorem ingerat. Nocte vastatus est murus Moab, Isai. 15. num. 1. D. Basilius ibi: Quod nocte, ait, irrogatur supplicium, atrocius esse solet & amarulentius. Noctu Egyptum premit Angelus; Exod. 11. num. 4. Media nocte ingrediar Egyptum. Abulensis ibi, vt homines tenebris obductos quatit grauius.

50. Hieron.

Horror extrinseci iudicij.

Isai. 15. Basil.

Exod. 11. Abulens.

51. Sap. 18. Ratio reddenda pro magnitudine beneficiorum.

Secundò. Deus beneficium redemptionis concessit Israeli in noctis medio. Cum quietum silèntium contineret omnia, & nox in suo cursu mediū iter haberet, Sap. 18. n. 14. Media nocte exquiritur, vt reddat ratio

rationem, iuxta enim acceptam magnitudinem beneficiorum, redditio operum persoluenda est. Vide suprà cap. 33. num. 79.

52. August. Tertio. Ait D. Augustinus serm. 22. de verbis Domini. Media nocte, id est, nullo sentiente, aut sperante. Id est, alta nocte, vt ostenderetur, quod nec vlla mens, nec vllus discursus poterat intelligere, ac consequi sublimitatem, ac altitudinem tantorum sponsalium, ad quæ B. Tharesia admittebatur suis magnis, & mirabilibus virtutibus castitatis, puritatis, mortificationis, ac penitentia, ac fortitudinis, qua in suorum monasteriorum fundatione restitit contrarietati, ac aduersitati multorum Principum, ac Prælatorum, ita vt nullus humanus intellectus valeat tot, ac tanta mirabilia penetrare, ac comprehendere.

Magnalia Tharesia intellectus non valet inuenire.

53.

Apoc. 7.

Albert.

Actiones martyrum non possumus assequi.

Vidit Ioannes Agnum stantem in throno maiestatis, cui astabant omnes Angeli, magnaque multitudo beatorum, quam dinumerare nemo poterat. Et simul vidit viros amictos stolis albis, quæ sanguine Agni asperæ apparebant, sollicitatur Ioannes ab vno ex senioribus, vt quærat. Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt, Domine mi tu scis, Apocalypf. 7. num. 13. Quomodo magnus Euangelista, qui magna perspicacia sui intellectus altissima penetrauit sacramenta, modò quærit, qui sunt isti, & vnde venerunt. Cognoscit Euangelista eminentem sublimitatem diuini Agni, perfectam Angelorum naturam, & altitudinem beatorum tot, tantisque donis fulgentem, & tamen solum de illis, qui habent stolas dealbatas in sanguine Agni scrutatur, qui sunt isti, & vnde venerunt. Albertus, requiruntur, qui sunt tales, & vnde venerunt tales. In agno irradiabat perexcellsa eius eminentia actionibus illi proportionatis. In Angelis apparebat, eorum perfecta natura simul cum actionibus illi valde conuenientibus; similiter & in Beatis; at verò in Martyribus, qui venerunt ex tribulatione, magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. Cum se exhiberet in illis humana natura tenuis, & fragilis, nitebant tamen in eis mirabiles actiones patientia, fortitudinis, constantia, ac cuiusdam diuinæ potestatis super omnem humanam conditionem, quam mandum, ac eius Principes in medio tribulationum deicerunt, ac subiugarunt; cum ergo eorum actiones multum naturam superarent, ab eaque discreparent. Inde Euangelistæ prouenit tanta difficultas in eis agnoscendis, vt quærat, qui sunt isti, & vnde venerunt.

54. Tharesia illustria magnalia. Coniice quanta erit difficultas in agnoscendis B. Tharesia mirabilibus; natura quædam virgo fragilis, & tenuis, & suis actionibus puritatis, patientia, fortitudinis, ac constantia super omnem humanam conditionem apparet; surrexerunt omnes virgines illæ, singularitèque ipsa surrexit, magnis, & illustrissimis virtutibus, ornauerunt lampades suas. Ipsa verò non solum suam, sed & aliorum lampades ornauit per totam Hispaniam, Italiam, Galliam, Germaniam, ac per Belgium. Responderunt prudentes, fatuis virginibus. At Tharesia, respondebit non virginibus fatuis, sed Imperatoribus, Regibus, Principibus, Doctoribus, ac Magistris in magnis contrarietatibus, quæ ei in suis monasteriis erigendis opponebantur.

55. Chrysof. De Diuino Petro ait D. Chrysostomus serm. Sylueira in Euang. Tom. I V.

mone de eodem: Obstupesco tui Petre. D. Leo: Petrus petra solida, cuius pretium non capit humanus intellectus. Petrus Damianus de Ioanne Euangelista ad illa verba: Aquila desuper ipsorum, quatuor. Altius enim ipse super omnes alios euolauit. Et de omnibus Apostolis, ac Martyribus magna admiratione exclamans interrogat Isaias 60. num. 8. Qui sunt isti, qui vt nubes volant. Si de aliis Sanctis dicitur, quod eorum mirabilia sint difficillima penetratū, quis præclara B. Tharesia elogia dicere, ac decantare valeat.

Leo.

Damian.

Isai. 6.

56.

Ioan. 8.

Chrysof.

Euthym.

Theophyl.

D. Thom.

Bouauct.

Alb. Maga.

Tharesia in terris veluti subsistit pro æternæ Parente.

Apparet illi Christus Dominus, & data dextera, ait illi: Deinceps vt vera sponsa meum zelaberis honorem. Zelus diuini honoris Tharesia committitur, ô magna, & mirabilis res! Iudæus ait Christus Dominus: Ego non quero gloriam meam, est qui querat, & iudicet, Ioan. 8. n. 50. Id est, vt explicat D. Chrysostom. Euthym. Theopylact. D. Thom. D. Bouauct. est Pater meus, qui requirat, & quærat. Vnde elegantissimè præclara verba dixit Albertus Magnus in serm. de propria Dominica: Christus, ait, Ecclesiam suam Petro commendauit, Ioanni Virginem Matrem, discipulis corpus suum, accipite, & diuidite inter vos, honorem verò Patri. In tanta estimatione est proprius honor Christo, vt quamuis ipse committeret Ecclesiam suam Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam. Et iterum: Pasce oves meas. Ioannique sacratissimam Virginem Matrem: Dixi discipulo: Ecce mater tua. Corpusque suum discipulis: Accipite, & diuidite inter vos. Honorem verò solum Patri suo commendauit; quod nec Petro, nec Ioanni, nec Apostolis, sed solum Patri committitur, hoc etiam referuauit Tharesia pro eius magna gloria declaranda, vt ipsa in terra vices substituat pro æterno parente gereret; vt veraque Sponsa de eius honore agat: Meum zelaberis honorem.

QUESTIO X.

A quo facta est hæc vox, expenditurque cor B. Tharesia ab Angelo transuerberatum?

CLAMOR factus est, à quonam hæc vox edita est non explicatur ab Euangelista. Glossa Interlineal. Vox Dei, vel Angelorum. Hæc tamen vox ita intonuit, ac si esset vox humana; Cum enim esset vox Dei, vel Angelorum, qui cum spirituales sint etiam eorum vox spiritualis erat, si ergo vox spiritualis extabat, quomodo tanquam humana edidit sonitum, aliquando sunt aliqua, quæ cum sint spiritualia in externa apparentia, tanquam humana se exhibent. Beata Tharesia in presentia humana creatura, ac mulier quædam erat; at verò in interiori ita pura, ac defæcata diuina gratia extabat, vt veluti spiritus videretur.

57.

Interlineal.

Sic Tharesia gratia purificatur, vt veluti spiritus apparent.

Videt Tharesia Angelum igneo iaculo sibi precordia transuerberantem. In spiritu apparet Ezechiel. 1. num. 4. Ecce ventus turbis ueniebat ab Aquilone. Septuaginta legunt: Spiritus auferens ueniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis in circuitu. Merito dubitat Origenes homil. 1. in Ezechielem: Quomodo ponitur spiritus auferens?

58.

Ezech. 1.

Septuag.

Deus spiritus est, & spiritus auferens cernitur. Deus dicitur spiritus auferens; Deus spiritus est omnia largiens. In creatione dicitur: *Infundit in spiraculum vita.* Et apud Isaiam 61. num. 1. *Spiritus Domini super me, Euangelizare pauperibus misit me.* Quando suis Apostolis communicat amplissimam potestatem dimittendi peccata ait illis: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis,* &c. Ioan. 20. num. 22. Si tam diffusè largiens est, quomodo Spiritus auferens. Ipsemet Origenes assignat: *Quando ignis est in circuitu, spiritus est auferens.* Quando ignis charitatis est in circuitu cordis, ipsūque cor inflammatur, Deus est spiritus auferens ab ipsa anima omnia munditia, ipsamque creaturam purificans, ac renouans gratia, & sanctitate in nouam creaturam, si ignis charitatis separat ab re mundiali, renouat, ac purificat animam, quando est in circuitu, qualem munditiam, ac puritatem tribuet Tharesia, quando non solum est in circuitu, sed totum cor eius transuerberat, & transfigit.

Ioan. 20.

Origen.

Cor Tharesia multum gratia purificatur.

59.

Drogo.

Tharesia lachrymis magis accendebatur in Dei amore.

60.

Ioan. 19.

Luc. 2.

Syriac.

Guerric.

Psal. 21. Psal. 68. Isai. 1.

in sacratissima Virgine extiterunt in anima. Tuam ipsius animam, &c. Dolor verò corporis ex lancea, piè dicam, videtur aliquo modo Tharesia referuatus. Vt ita Mater, ac sponsa, nempe Deipara Virgo, ac Tharesia in dolore lanceæ quodammodo associarentur, Virgo sustinens dolorem in anima, vt in parte superiori, Tharesia verò in corpore, tanquam parte inferiori.

Tharesia particeps doloris lanceæ.

QUESTIO XI.

Quare virgines ornaverunt lampades suas, quibus Tharesia maxime resulget?

**ORNAVERUNT** virgines lampades suas, vt media nocte, densisque tenebris fulgerent, ac niterent. Cum mundus magnis tenebris occupatus teneretur, exoritur Tharesia tanquam nota lux in mundo, vt depulsa tenebrarum caligine hominum nentes illuminaret sua virtute, puritate, castitate, pœnitentia, mortificatione, ac sapientia, & doctrina, quibus multas animas illuminauit, ac ad viam veritatis reduxit.

Ait Ioannes in sua Apocalyp. 11. num. 1. *Datus est mihi calamus similis virgæ.* Quam proportio potest esse inter calamum, & virgam. Calamus persuadet lenitate, ac suauitate, virga verò potestate, ac dominio. Rupertus ad citatum locum, *calamus similis virgæ, facultatem scribendi significat, cum magisterij auctoritate; calamus, namq; scriptorum virgæ magistrorum est.* Datur calamus, tanta suauitate scribens, vt aliorum voluntates sic deuincat, ac subiungit, ac si esset regia virga, & imperiale sceptrum, potestate, & dominatione imperans; calamus est cum rationes profert, virga verò dum alios domat, ac subiicit; Tharesia calamus similis virgæ, sic verborum suauitate demulcebat, vt etiam tanquam virga ad viam salutis impelleret.

Maximè etiam Tharesia resplenduit in orbe per suos filios, ac filias venerabiles, ac religiosissimos Patres nostros Carmelitos Discalceatos. Cum B. Tharesia esset in infantili ætate Martyrij desiderio flagrans à domo paterna aufugit, vt in Africam traiceret, vt vitam pro Christo profunderet, à patruo tamen ad propriam domum iterum reuocatur. Cur Deus voluit desiderium huius sanctæ puellæ impediri, vt ad exequutionem pro magno documento Christianæ pietatis non deueniret. Intendens Abrahamus in holocaustum Dei iugulate filium suum: Angelus de cælo clamat: *Ne extendas manum super puerum,* Genes. 22. num. 12. Cur non vult Deus vt tantum sacrificium peragatur in magnum monumentum pietatis Abrahæ, cur ergo tantum holocaustum impeditur à Deo. D. Isidorus: *Attendebat Dominus ad genus Isaac;* ac si progenies Isaac plus placitura; oblatio illa Isaac magni meriti, ac eximie religionis erat, ac considerata serie filiorum Isaac, scilicet, Iacob, Ioseph, David, ac Beatissimæ Virginis Mariæ, Christi que Iesu, plus placitura progenies Isaac, multo que magis grata Deo ipsa progenies Isaac, quam omnis illa sacrificij oblatio, sic & impeditur Tharesia oblatio, plus placitura illius progenies.

Actus Martyrij eximius, ac summus charitatis actus; *Nemo maiorem charitatem habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicitia suis.* At verò

61.

Tharesia sua doctrina illuminat mundum.

62.

Apoc. 11.

Rupert.

Calamus Tharesia, vt virga subiicit.

63.

Genes. 22.

Isidor.

Familia Carmelitica Discalceata multum placet Deo.

64.

verò considerato partu filiorum Tharesia plus videtur placitura progenies; cuius rei testes aduoco religiosissimos, ac venerabiles Virgines Annam à Iesu & à D. Bartholomæo, Isabelémque à S. Dominico, venerabiles, ac religiosissimos Patres Ioannem à cruce, Petrum à Matre Dei, Ioannem, & Dominicum de Iesu Maria, Augustinum à Regibus, Ioannem Baptistam, & alios quamplurimos, de quorum virtutum monumentis magna extant volumina, & de eorum multis magni tractatus in curia Romana in ordine ad beatificationem: *Quid videbitis in Salamite nisi chorus castrorum.* Cantic. 7. num. 1. Nihil aliud in hac illustrissima familia, nisi chorus Virginum, Martyrum, ac prædicatorum; De quibus dicam, id quod alibi dixit D. Bonauent. ad quosdam religiosos, dum mentem eleuo, vosque considero, video probitatis exemplum, religionis disciplinam, ac pietatis normam.

Ioan. 19. Illustrissimi Patres discipuli.

Cantic. 7.

QUESTIO XII.

Quam ornata fuerit lampas Carmelitane familie Tharesia, ac alijs viris illustribus.

65. Ioan. 21.

**ECCLE** ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam, descendentem de cælo à Deo paratam, sicut sponsam ornata viro suo. Apocalyp. 21. num. 2. Quamuis multi interpretentur Ecclesiam triumphantem, Primasius, Beda, & alij Ecclesiam militantem volunt intelligi, dicitur Ierusalem ob Dei contemplationem, quæ veluti Dei visione fruitur; descendens de cælo, à cælo nempe habet suam originem. D. Augustinus, lib. 20. de ciuitate. c. 17. *Gratia Dei de super veniente.* Dicitur à Deo parata, quia omnia bona se habere à Deo proficitur. Rupertus: *Non enim sibi arrogat id, quod est illa ciuitas sancta, sed à Deo se accepisse meminit.* Appellatur sponsa. Ansbertus, propter præcipuam dilectionem. Tandemque ornata viro suo dicitur. Haymo inquit: *Paratam dicit, id est fide, ceterisque virtutibus ornata.* D. Chrylog. serm. 22. *Ex quo, ait, ad desponsandum suam Ecclesiam Christus aduenit, thalamus ornatur sponsa; & ornata auro fidei, argento sapientia, virtutum gemmis, sanctitatis velis, verecundia rosis, liliis castitatis, pudoris violis.* Sed cum Ecclesia militans sit valde perantiqua incepta in Adamo, quomodo dicitur noua, *Hierusalem nouam.* Merito sanè, quia licet sit valde perantiqua, quotidie tamen multiplici prole innouatur, ac fecundatur.

65.

Ioan. 21.

August.

Rupert.

Ansbert.

Haymo.

Chrysol.

66.

Carmelitica familia, etsi perantiqua, fecunda inmen.

Elia, quotidie tamen multiplici prole innouatur, ac fecundatur. Ait Deus ad Ierem. 1. n. 18. *Ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum.* Sat erat, quod esset ciuitas, columna ferrea, sed insuper ad quid additur murus æneus. Rectè D. Hieronymus. *Dedi te hodie, hoc est, ait, in presentis vita.* In ciuitatem munitam, quia gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Et in columnam inquit ferream, de qua scribit Apostolus: *columna, & firmamentum veritatis; nec hoc sufficit, sed in murum ait æneum, qui nulla violatur rubigine, nec casus viribus deperit; sed verustate sit fortior.* Sic nostra sacra Religio antiquitate non corroditur, sed corroboratur, nouos fetus, nouasque proles quotidie generans, ac pariens: *Nulla violatur rubigine, sed verustate sit fortior.*

Ierem. 18.

Hieron.

67.

Apoc. 22.

Explicatur ciuitas 10. ubi de Religione Carmelitica.

Psal. 44. Psal. 92.

68.

Hugo.

Ex vtroque testamento stat Religio. Eccl. 48.

69.

Ansbertus; Andreas.

Eccl. 24.

Ait Ioannes Apocalyp. 22. num. 1. *Quod Angelus. Ostendit mihi flumem aqua vite procedentem à sede Dei, & Agni, & ex vtraque parte fluminis lignum vite, afferens fructum duodecim per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium.* Per hoc lignum vitæ in mystico sensu liceat mihi Sacram Carmelitarum Religionem interpretari. Per flumem Richardus, & Ioachim Abbas gratiam Dei interpretantur. Hugo verò Cardinalis Dei, benignitatem procedentem à sede Dei, & Agni. Quam Dei sedes, & Agni, Beatissima Virgo Maria est: *sedes tua Deus in saculum saculi.* Psal. 44. num. 7. *Parata sedes tua ex tunc.* Psal. 92. num. 2. Sicque communiter Patres loquuntur, Guaricus, Abbas serm. 1. de Annunt. *Vt enim, ait, regalis sedes in aula reginali Regine susciperet Maris.* Benignitate nempe Sacratissimæ Virginis Mariæ sua pia intercessione semper hæc sacra Religio irrigatur, ac fecundatur.

*Ex vtraque parte fluminis.* De vtroque testamento nouo, & veteri interpretantur Ansbertus, & Hugo, ex vtraque pagina stetit, & floruit hæc nostra sacra Religio tam ex testamento veteri, quam nouo. *Lignum vite, quæ semper protulit fructus vitæ iustitiæ, sanctitatis, ac prædicatione Euangelica.* De Parente Elia pro magno elogio decantatur: *Prophetas facis successores post te.* Ecclesiast. 48. num. 8. Eplicat Palatius *successores post te spiritu tuo.* Spiritus Eliæ dandi, ac communicandi vitam; vt patet in filio Sumaritis. 3. Reg. 17. num. 22. facit successores post se in spiritu suo dandi vitam corporalem, vt videre est in Elisæo, & dandi etiam vitam spirituales, quod maximè suis factis multis exemplis comprobant filij eius.

*Afferens fructus duodecim per menses singulos.* Ansbertus; fructus, virtutes in sanctis; interpretatur Andreas Cæsar. *Perennem fructuum fecerunt dicit.* Duodecim mensibus clauditur annus, ac proinde duodenarius numerus quamdam vniuersitatem significat; ferens fructus duodecim per singulos menses, idest per omne tempus; nostra sacra Religio per omnes menses, per omnemque ætates, ac sæcula magnos virtutum fructus protulit, exercitu glorioso Martyrum, Doctorum, Confessorum, ac Virginum. Vnde de ea dicam: *Quasi palma exaltata sum.* Ecclesiast. 24. numer. 18. De Palma scribitur: *Quod ad singulos Luna ortus, singulos etiam ramos procreat, ita vt duodecim ramorum productione annus expleatur.* Quo circa Aegyptij annum